



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

232 Beneficiorum permutatio quàm sit odiosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

ritur locus: *Æquitas* verò suadet vt ita resignantes præferantur istis Expectantibus, quia non nisi permutationis causa resignarunt. Et hæctenus quidē sunt omnia satis alba. Sed scrupulus oritur ex hac re maximus, quem nostros interpretes non sensisse, nedum sustulisse demeror equidem vehementer. videntur enim resignantes hi de iuris etiam rigore præferendi talibus Expectantibus, ita vt hac æquitatis benignitate Bonifaciana non magnopere videatur indignuisse. Nam si tacita subsit conditio resignationi quæ fit ex causa permutationis, quæ admodum stipulatio dotis tacitam continet conditionem *si nuptiæ sequantur* d. l. stipulationem. *π.* de iure dot. si, inquam, tali resignationi subsit conditio hæc *si permutatio sortiatur effectum*, quare non ipso iure vel de iuris rigore præferentur hi resignantes istis expectantibus? vel quare fuit resignantibus his opus hac Pontificis æquitate? Puto respondendum, ratione rerum contractui subiectarum, non esse tam fauorabilem in iure permutationem beneficiorum quàm fauorabilis est stipulatio dotis: quia permutatio beneficiorum, tãquam commercium de rebus verè spiritualibus vel rei spiritali connexis, odiosa semper est; & ob id conditionis huiusmodi tacitæ non magnam habet Ecclesiasticum seu Pontificium hoc ius rationem; sed iuxta naturam resignationis omnis propriam verè vacat beneficium quomodocumque resignatū eo quòd omnes pactio- nes atque leges & conditiones à rebus huiusmodi

231
Ipso iuris etiã
rigore cur non
præferantur
permutantes
Expectantibus

232
Beneficiorum
permutatio
quàm sit o-
diosa.

modi spiritualibus longissimè semper debeant abesse. c. ult. de pactis. Vidimus in huius Tractatus exordio quàm temporibus Apostolicis & succedentibus etiam seculis plurimis ignotæ fuerint beneficiorum permutationes; temporibus tandem schismaticis inchoatæ, lentissimeque in usum receptæ; crescentibus nimirum & inualescentibus hominum quorûdam Ecclesiasticorum insolentiis & audaciis. Quo fit ut nisi Pontifex maiorem duceret hic æquitatis, quàm iuris rigidi summiqûe rationem, beneficia sic. i. ex causa permutationis resignata nihilominus debita fuissent Expectantibus. Qua ratione præter alias multas motus aliquando Pius V. Pontifex optimus omnè quorumcumque beneficiorum ex causa permutationis resignationem voluit haberi pro simplici & absoluta vacatione, sibiqûe soli. i. Apostolicæ Sedi vel etiã Superioribus ordinariorum collatorum permutationes admittētium solis, iure nimirum præventionis concessio, reseruauerat ac reliquerat; omnibus ordinariis talibus eadem beneficia vlli mortalium cōferre prohibitis; & quidem resignantibus ipsis ad eadem beneficia vnquam obtinenda inhabilibus & incapacibus in perpetuum iudicatis declaratisqûe; sicut ex quadam liquet ipsius Bulla, quam tamen postea temperavit: ita videlicet, ne potestas admittendarum iuxta consuetum ius permutationum collatoribus ordinarijs vel ex iure vel ex consuetudine competens adimeretur quidē, sed certis legibus ac modis
i & limi-

233
Pius V quā
fuerit abhor-
rens à benefi-
ciorū permuta-
tionibus
admittendis.